



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio
Leodii, 1709**

Caput IX. Contra primum mandatum est, aliâ re frui velle, præter Deum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

mens, quia oblitus sunt verba tua inimici mei. Zelus autem iste sine amore non est. Zelus namque iste omnes sibi inimicos putat, qui sunt hostes Dei. Nemo enim gravior hostis omnium, quam qui omnium latit Autoborem, inquit Aug. ierm. 29. in Psalmum illum.

CAPUT IX.

*'Contra primum mandatum est, alia re fru-
velle, prater Deum.'*

71 **P**lurima & perspicua ad id probandum Augustini testimonia to. 1. exhibuimus, ubi etiam fundamentis inconcussis ex divina Scriptura, Patribus, SS. Pontificum decre-
tis, solidissimisque rationibus demonstravimus, solum Deum amabilem esse finaliter propter se; nullam vero creaturam licet a
maris finaliter propter seipsum, sed finaliter propter Deum dumtaxat.

72 At cui hæc rigorosa & austera non videantur: quærit quispiam vir doctus è nostris:

Reipondeo non Spiritui sancto dicenti: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Dilige Dominum in omni vita tua. Omnia in gloriam Dei facite. Nolite diligere mundum. Qui utuntur hoc mundo, tamquam non utuntur, &c.* Non Augustino dicenti: *Quidquid se pa-
taverit homo facere bene, si fiat absque chari-
tate, nullo modo sit bene.* De grat. & lib. arb. c. 18. Et alibi frequenter ingeminanti, lo-
lo Deo fruendum (id est, inquit, amore alicui alteri rei inhærente propter seipsum) folique Deo amore inhærendum propter se-
ipsum; rebus vero creatis utendum, non
quasi mansoriā quādam dilectione . . . sed tran-
sitoria ponit, tamquam via, tamquam vehicu-
lorum; vel aliorum quorumlibet instrumen-
rum . . . ut ea quibus ferimur, propter illud
ad quod ferimur, diligamus. Non aliis ma-
joribus nostris eodem to. 1. productis. Non
celebrioribus etiamnūm Doctoribus, qui de
moribus philosophantur ex germanis Morali-
bus Christianæ fontibus. Non denique cæte-
ris attentâ meditatione pensantibus, quem ob finem Deus dederit cor & esse homini.
Quem finem ne ipsi quidem ignorant pue-
ri, qui de eo in Catechismo interrogati,
respondent, ad nihil aliud esse hominem,
nisi ut Deum amet, eique soli serviat.

73 Quibus ergo rigorosa & austera viden-
tur: Secundum corruptam rationem, non
secundum documenta sacra, & Sanctorum
testimonia philosophantibus, laborantibus
que præjudicio opinionum præconcepta-
rum; quibus austera & rigorosa videntur,
qua faveat spiritui; benigna & suavia, qua
carni & sanguini; austera vel ipsa Ecclesiæ
doctrina, quod comedere & bibere non
liceat, ob isolam delectationem cibi & po-
tūs; nec licitus actus conjugalis ob solam
voluptatem ipsi annexam; & adhuc austre-
rior sententia Augustini 4. contra Jul. 14.

*Movetur animus ad pietatis affectionem arcu-
Canticu audito; tamen etiam illic, si sonum
non sensum libido audienti desideret, impro-
batur.*

At (instat ille) dum Augustinus dicit 74
non esse creaturis fruendum, sed utendum;

nec ullam creaturam propter se finaliter
amandam, fruitionem accipit pro amore rei
propter se tamquam finem positive ultimam,
ita ut res illa ametur tamquam finis
ultimus simpliciter, Deoque creature in-
terpretative præferatur. Non vero pro a-
more rei propter se tamquam finem nega-
tivè ultimum; pro amore utique rei ad
Deum referibilis, quam quis amet absque
actuali vel virtuali relatione in Deum; sic
tamen ut eam deserere paratus sit ad mini-
mum Dei de illa deferenda grave præcep-
tum. Idque probare conatur 1. quia frui-
tio creature, de qua Augustinus, est mortale
peccatum, (quod de amore proxime
dicto afferi nequit) eam quippe perver-
sionem seu perversionem Augustinus appellat,
dicens: *Omnis humana pervercio est, fruendi
utile, atque uendit frui.* 2º. si omnis a-
mor creature propter se tamquam finem negati-
vè, non positive ultimum, esset frui-
tio, quam improbat Augustinus, nihil ama-
retur bene sine charitate; vera proinde ef-
fent damnatae propositiones: *Non est vera
legis obedientia sine charitate. Omnis amor
creature rationalis; aut vitiosa est cupiditas, aut
laudabilis charitas.* 3º. vera quoque foret ita:
*Liberum arbitrium sine gratia Dei adiutorio,
non nisi ad peccandum valeret.* Nullum quippe
opus bonum fieri posset, nisi ex charitate
supernaturali. Quod si verum esset, pec-
cator se per gratiam ad justificationem dis-
ponens per timorem & spem, virtutes à
charitate distinctas, à justificationis semita
deviaret per novum peccatum quod com-
mitteret.

At (inquit ego) solida non est instan-
tia: omnem quippe amorem creature pro-
pter se, etiam tamquam finem negati-
vè, non positivè ultimum; illicitam esse fruitionem,
constans est Augustini sententia. Nec ob-
stat primum objectum in contrarium. Dum
enim Augustinus dicit, omnem humanam
perversionem esse frui utendis, uti fruen-
dis, perversionis nomine inordinationem in-
telligit, seu vitium, prout abstrahit à mor-
tali & veniali; uti manifestum est ex eo
quod perversionem cum vitio confundat
(omnis humana pervercio, quod etiam uisum
nominatur) candemque ordinationi contra-
ponat, uti constat ex antithesi, quam im-
mediatè subjungit: *ita & omnis ordinatio,
fruendi frui, & uendit uti.* Denique dum
Augustinus dicit, omnem humanam perver-
sionem esse fruendi uti, &c. eo id sensu di-
cit, quo lib. 10. de Civit. cap. 10. dicit:
*Nec est alia vita hominis vitiosa, atque cul-
pabilis, quam male uens, & male fruens.* Ita

namque propositio priori æquipolleret, omnis humana perversio, &c. cùm male uti, & male frui, secundum Augustinum, sit uti fruendis, & frui utendis. Quemadmodum ergo in posteriore illa propositione per vitam hominis vitiōsam & culpabilem, intelligit tam venialiter, quam mortaliter talem; sic & in priori, per humānū perversiōnēm, &c. Manifestum proinde est, per fructuōnēm, creaturānque propter se amorem ab Augustino non intelligi solum amorem creaturārum propter se, velut finem positiōvē, seu simpliciter ultimū. Cūm omnis fructu hujusmodi absque dubio sit mortale peccatum; non sic fructuō de qua Augustinus: utpote qui mille locis docet, iustos, in peccatis venialibus, frui, non uti creaturā: quod sine errore in fide intelligi non potest de fructione sumpta pro amore creaturā, tamquam finis positivē ultimū. Mille etiam locis fructiōnē cum cupiditate confundit, eodemque modo definit (tunc enim est cupiditas, cum propter se amat̄ creaturā, tunc autem corrupti frumentū.) Cupiditatem autem non semper esse mortalem, adeò certa est Augustini sententia, ut infinitos Augustino criores imponeret, qui secūs prætenderet.

76 Denique evidēntia veritatis illam Adversarii glossam evertit. Cūm meridianā luce clariōra fint Augustini testimonia, quib⁹ dīcēt̄ culpat fructiōnē, quā creaturas de se in Deum prœfribiles, iusti amant propter se, tamquam finem, non positivē ultimū, sed negatiōnē tantū, ita scilicet ut eas Christo non præfrant. Quandoquidem lib. 1. de Civit. c. 9. peccatiō dicit infirmiores, qui terrenis his bonis, quamvis ea non præponerent Christo, aliquanlā tamen cupiditate cohabant. Lib. 21. de Civit. c. 26. loquens de Christiano uxore suā carnaliter amante: Si (inquit) erit (scilicet Christo) nihil talis affectionis voluntatisque præponat, quamvis superadūsceat lignum, fænum, stipulam (illum scilicet amorem) Christus est fundamentum.... Erit ei qui adificavit, adificatio ista damnosa, quia non habebit quod superadificavit, & eorum amissione cruciabatur, quibus fruendo nūque latabatur; sed per hunc ignem (de quo Apostolus, salvus erit, sic tamen quasi per ignem, Purgatoriū utique) salvus erit. Exposit. in Psalm. 40. Omnis anima infirma in hac vita querit sibi aliquid terrenū, ubi requiescat. Quoniam intentionem laboris & mentis extensam in Deum diffīcile potest perpetuō tolerare, aliquid sibi in terra conquerit ubi requiescat, & quodammodo pausatione quādām recumbat, velut sunt ista que diligunt & innocentes. Nam innocens acquiescit in domo sua, in familia sua, in conjuge sua, in filiis.... in pradiolo suo, in novelle manib⁹ suis confita.... Acquiescent innocentes in his. Sed tamen Deus volens nos amorem non habere nisi vita aeterna, istis misericordiā amaritudines, ut ex his patia-

ntur tribulationes.... ne viator, tendens ad patriam, stabulum amet pro domo sua. Ergo quia correctōnes istas.... agnoscere debet homo propter peccata sua pati, convertat se, & dicat.... sana animam meam, quia peccavi tibi. Et expof. in Psal. 80. Sunt qui rebus infirmati concessiōnēs inhārent aliquantulum dilectionē.... Talibus dicitur: jam quidem omnīn delictum est in vobis.... Habent ligna, fænum, stipulas super fundāmentū, sed rerum concessiōrum (ad Deum prōinde referibilium) non illiciūrū.... Amas possessionē istam, non tamen preponis eam Christo.... salvus eris, quasi per ignem.... Christum habet in fundāmentū. Sed tamen quia diligis illam, & contristaris se perdas illam, super fundāmentū posuisti, non aurum, aut argentum, aut lapides pretiosos, sed ligna, fænum, stipulam. Salvus ergo eris, cūm ardere cōpēris quod adificasti; sic tamen quasi per ignem.... Num qui adificat amorem terrenorum super fundāmentū regni celorum, id est super Christum, ardebit amor temporalium, & ipse salvus erit per idoneū fundāmentū. Similibus sententiis plenus est Augustinus, ut videre est lib. 1. Civit. c. 26. Enchirid. c. 68. serm. 121. de divers. expof. 2. in Psal. 29. &c. Clarissimē igitur Augustinus culpat frui ionē rei creatrā, non solum dum præponit Christo, sed & dum non præponit, nec res illa amatur velut finis positivē ultimū.

Neque ex illa Augustini doctrina conse-⁷⁷ stariēt̄ lunt damnatae propositiones: Nos si veræ legis obediēta, quæ sit sine charitate. Omnis amor creatura rationalis aut virtuosa est cupiditas, quā mandus diligunt; aut laudabilis illa charitas, &c. Contrarium enim tom. I. non semel à nobis est demonstratum. Alter enim vox charitas in damnatis illis propositionibus sumitur; aliter ab Augustino, & discipulis ipsius.

Imō ne quidem sequitur ista: Liberum ar-⁷⁸ bitrium, sine gratia Dei adiutorio, non nisi ad peccandum valet, tame si nullum opus usque-quaque bonum fieri queat sine charitate generaliter accepta, pro quacunque Dei proprie-ter fe dilectione. Quamvis namque hac absque gratia Dei adiutorio esse nequeat: equidem absque ea effici queunt opera ex officio bona, potestque etiam aliqua Dei propter fe dilectio esse sine Dei adiutorio per Spiritum sanctum inhabitantem (de quo damnatam propositionem damnati intelligunt Assētores) etsi non absque Dei adiutorio per Spiritum sanctum moventem,

CAPUT X.

Heresis est, illusioque pessima demonis, quod habens amorem Dei purissimum (qualem habere se jaſtant Quietista) sollicitus esse non debet de custodia mandatorum Dei & Ecclesiæ; nec de oratione seu precatione; nec de frequentia Sacramentorum; nec de im-